

IOACHIMVS A NEVVHAVSEN CANCELLARIUS BO-
hemie.



Ioachimus ex nobili Neuuhausorum familia na-
tus, & à parentibus honestè educatus fuit. Is cum
fölici ingenio frueretur, animum ad literarū studia
adiecit, & post prima fundamenta feliciter iacta ad
uarias academias contendit. In ijs præsertim legi-
bus diligenter incubuit, & utriusque Iuris Doctor
creatus fuit. Inerat etiam ei singularis facūdia, cum
adiuncta prudentia. Itaq; Ferdinandus Imperator
eum inter suos cōsiliarios elegit, & supremum Bo-
hemie Cancellarium constituit. Eam functionem
is summa dexteritate peregit, & apud omnes in
magna existimatione fuit. Tum etiam cum 1562 Ma-
ximilianus rex Bohemiæ Franckoforti Cesar desi-
gnatur, interfuit, & ob rerum usum cunctis principibus innotuit. Anon.